



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Oratio ad quamlibet divinam personam.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

tunc notum magis. Notus in Judæa Deus, at
rudi valde notitiâ & in viâ. Notus in cælo Deus,
at illa notitiâ penitus absorbet cognoscentes,
immergit in infinitum deliciarum mare per to-
tam æternitatem non transatandum. Et ideo,
licet te non capiam nec capere possim Deum
meum Trinum & Unum; hoc tamen capio,
quod nullum per totam æternitatem in tui visio-
ne possit obrepere tædium; sed semper novo
deliciarum mari immergendus sim; quia, cum
infinite infinitus sis, novam semper continuata
per totam æternitatem tui tam bene in essentia
& prædicatis absolutis, quam relativis visio cau-
sabit dulcedinem, & hæc ineffabilem.

Oratio ad quamlibet divinam personam.

O Pater cujus intellectus verbum infinite bonum est, quia æquè Deus ac tu es. Da, ut omne verbum intellectus mei, omnis cogitatio mea sit bona, tibi que placeat. Accipe, doce, imple, custodi intellectum meum. O processio verbi secundum actionem intelligibilem, O Processio amoris secundum operationem voluntatis tibi addico, devoveo, immergo intellectum meum, & voluntatem meam tanquam radices omnium mearum operationum. Sit servus tuus intellectus meus, sit ancilla tua voluntas mea & anima mea.

Desiderium videndi SS. Trinitatem.

Fecisti nos Domine, ut inquietum sit cor nostrum, donec requiescat in te. Volo ergo peni-